

studio et diligentia super promissis inquisitionem fecimus diligenter per probos et fideles. viros quos super Santa dei Evangelia Iurare fecimus Quorum testium depositiones sunt hec. Boamundus gactus Iuratus et interrogatus. de supradictis dixit se scire quod archipresbiter Sante Marie de Barolo et clericci eiusdem ecclesie tam Ipsi quam pretecessores (*sic*) Eorum tempore fidelium Regum usque nunc percipere decimam doane Baroli Baiulationis. Banci Censuum et Buczarie Interrogatus quomodo sciret dixit quod ipse vidit archipresbiterum et clericos Eiusdem Ecclesie percipere decimam Ipsorum proventuum pro parte dicte Ecclesie Interrogatus de tempore dixit quod fuit tempore Regis Guillelmi primi et Secundi et tempore felicis Imperatricis Constantie et tempore domini nostri serenissimi Imperatoris perceperunt quartam partem decime Ipsorum proventuum pacifice et quiete usque nunc et vidit procuratores Ipsius Ecclesie qui pro tempore fuerunt percipere proventus ipsius Ecclesie de aliis nichil. Chucardus Iuratus et Interrogatus dixit idem quod dictus Boamundus gactus. Dionisius Iuratus et Interrogatus dixit Idem quod dictus Boamundus et addit quod vidit tempore Serenissimi Regis. Guillelmi. dompnum. Maroldum clericum ipsius Ecclesie sedere in doana Baroli et percipere provenitus Ipsius decime pro parte Ipsius Ecclesie et tempore domini nostri Imperatoris vidit dopnum Peregrinum clericum Ipsius ecclesie percipientem proventuum Ipsius decime. pro parte dicte Ecclesie. Genuensis Iuratus et Interrogatus dixit Idem quod Dionisius. et addit quod vidit dopnum Mundum et dopnum Maroldum clericos Ipsius Ecclesie percipientes proventuum Ipsius decime pro parte dicte Ecclesie tempore Secundi Regis Guillelmi et tempore domine Imperatricis Constantie. Iohannes. de atriana Iuratus et Interrogatus dixit Idem quod dictus Genuensis. Churipetrus Iuratus et Interrogatus dixit Idem quod dictus Genuensis excepto quod dixit quod dictus Archipre-